Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

~~Ad eundem annum 1180.~~ Roschmannus Diss. de orig. Fund. Stams. p. II, c. 1, §. 6, diploma aliud, quod propriis oculis se inspexisse scribit, Wilthinense nimirum, ad primum jam dicatus annum 1180: Præposito Wilthinensi concessum, allega cujus initium sic habet: Bertholdus Marchio Istriæ et Dux Meraniæ, et filii ejus Eckebertus, Otto, et Henricus D. Præposito etc. ⌊ Ad ~~eundem annum~~ tempus pertinere videtur instrumentum 80 apud Meichelbeckium Chron. Buran. p. II, ubi Berhtoldus Marchio monasterio Buranо quædam prædia divino instinctu remisit. Hujus rei t. s. Oudalscalcus de Uffilindorf, Heinricus de Scown-burc, Bernhardus de Wilheim, Berhtoldus fidelis domini Heinrici prædicti. Ministeriales Ducis Chounradus Mille. Ministeriales Marchionis Griffo de Anedehs, Dietricus Galli, Loudewicus de Anedehs, Eberhardus de Braitbrunnen, Heinricus de Friuntsberc, Conradus et Sibotho frattres de Homeras, Otto de Hunishovin, Counradus Brixinarius, Heroldus Pincerna Marchionis, Nendine cocus ejus, Waltherus subadvocatus, Meginhardus de Carlsberc etc.

8*) De monetis Tirolensibus ~~scripsit~~ ~~eunt~~ Burglehner Ag. Tirol. t. I, sl. 7; ubi ~~p~~ antiquissimam monetæ cudendæ fabricam Sterzingæ fuisse, subdubitans asserit: alteram Tridenti; tertiam Merani, quartam Halæ statuit. De jure Episcopi Tridentini monetas cudendi Sim. Bartholomæus c. 2. Idem de monetis Meranensibus c. 12: Meranensium monetarum initium ignoro, et forsan mecum omnes; siquidem neque Scriptores Tyrolenses, quantum meminerim, aliquid de monetis ajunt, neque quos viderim, alii. Quantum vero conjectari licet, tunc eas incœpisse existimo, cum Tyrolis Comitatus a Friderico Barbarossa Imperatore Henrico XI. Duci Bavariæ Leoni dicto ademptus in Berchtoldum Histriæ Marchionem ex origine Comitum de Taur, Diessen et Andechs, primumque Meraniæ Ducem fuit translatus, ~~simultatum inter Imperatorem Fredericum, et Adrianum IV. Pontificem initio, quod circa annum 1159 contigit.~~ Cl. vir Jos. Spergesius in der Tyrol. Bergwerksgeschichte sect. 5. Es zeiget sich, inquit, aus dem Theilbriefe vom Jahr 1271 zwischen demselben Grafen Meinhard, und seinem Bruder Albrecht, dass diese Grafen schon vorher eine eigne Münzstatt zu Meran gehabt haben. Salvis et exclusis theloneis universis heisst es in dem Theilbriefe, et moneta de Merano, que infra comitatum et dominium Tyrolense existere dignoscuntur. Dat. in castro Tyrolis IV. Cal. Marcii anno MCCLXXI. Ja es lasst sich das Alter der tyrolischen Münzen noch weiter hinauf setzen, indem ich finde, dass in einer Urkunde vom Jahr 1258 der Mark Schilling in Silbergelde nach Vinstganer Schrote und Wehrung (Marcæ argenti ponderis et precii Venostensis) bedungen worden. Ich habe auch schon einmal bemerket, dass ~~Vin~~ Vinstgau (Vallis Venusta) den grœssten Theil der alten Grafschaft Tirol ausgemacht hat.

⌊ Nescio an hoc illud ipsum diploma sit, quod Zibockius in Aquila Purpurea, sic refert: Anno 1210 (numerus hic certo falsus est, et legendem forte 1180) Dominus Bertoldus illustris Marchio Istriæ, et filius ejus Bertoldus Dux Meraniæ et Istriæ Marchio, hujus quoque filii Ekebertus, Otto et Henricus donarunt Monasterio Wilthinensi bona etc. Testes sunt Ludowic

⌊ Idem hoc diploma existimo, cujus meminit Ill. Coronius Tent. geneal. f. 39: In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis B. Marchio Istriæ, et Dux Meraniæ; et filii ejus, Ekebertus, Otto, Henricus, D. Præposito Wiltinensis Cœnobii, et ejus successoribus et toti ejusdem Cœnobii Congregationi in perpetuum. --- hujus rei testes sunt ipse Marchio, et filius ejus Dux Meraniæ, Dominus Deginhardus Præpositus in Diezen, et ejus Capellanus Burghardus. Acta sunt hæc Wiltin; anno ab incarnatione Domini MCLXXX. Indictione XIII, sub Imperatore Friderico: per aliam paginam sigillo Patris mei confirmata.